tāte cōueniat ſanctitati. tante aule dei p̄rogati-
ue. Scim' em̄ dictū p̄mo parēti: q: puluis es ⁊
in puluerē ibis. Hāc cōditōē; caro xp̄i euaſit: q̄
corruptōē; nō ſuſtinuit. Excipit̃ g̃ ab illa gene
rali ſentētia. de virgine ſūpta natura. Mulieri
quoq; dixit deus. Multiplicabo erumnas tuas:
in dolore paries. Erumnā ſc̄ta maria ſuſtinuit:
cui' aīa; doloris gladi' p̄trāſiuit: ſed ſine dolore
genuit. Maria g̃ excipit̃ a quibuſdā generalib'
quā tāta attollit dignitatis p̄rogatiua. Si g̃ eā
dicim' mortē ſubiſſe. nec tn̄ vincul' retineri: nū
q̄d ip̄iū erit? Si voluit dn̄s ītegrā mr̄e; ꝟginita
tis ſeruare pudore: ⁊ cur nō velit īcorruptā ſer
uare a putredinis fetore? Nūq̄d nō p̄tinet ad be
nignitatē dn̄i mr̄is ſeruare honorē: q̄ legē ſol-
uere n̄ venerat ſ; adiplē? Qui ei ī vita p̄ ceteris
illā gr̄a ſui ꝯcept' honorauit. piū ē credē: eā in
morte ſingl'ari ſaluatōe ⁊ ſpāli gr̄a honoraſſe.
Putredo ⁊ vermis: hūane ē obprobriū ꝯditōis
Ab hoc obprobrio cū ihs ſit alien': natura ſc̄te
ꝟgis marie excipit̃: quā ihs de ea ſūpſiſſe p̄bat̃

Caro enī ihū xpī. caro ē ſancte virginis marie
quā ſup̄ aſtra trāſuexit. honorās omnē huma-
nā naturā: ⁊ mltomagis maternā. Si natura
mrīs ē filꝰ. cōueniēs ē vt ſit ⁊ filij maē. nō q̄tū
ad vnitatē ꝑſone: ſed q̄tū ad vnitatē corꝑalē na
ture. Quātū igiē itelligo quātū credo. ſcte ma-
rie aīa excellētiori q̄dā ꝑrogatiua a filio hono-
raē. poſſidēs corpꝰ ſuū qd genuit gloꝛificatum.
Et q̄re nō ſuū ꝑ qd genuit. ſi ñ obuiauerit nec
dū tāta ꝓſpecta autoritas. Uere credo et ꝑ qd
genuit: qꝛ ſcīificatō dignioꝛ ē celo q̄ ēra. Tam
p̄cioſū theſaurū dignꝰ ē celū ſeruare q̄ terrā.
Tantā itegritatē merito icoꝛruptibilitas. non
putredinis vlla reſolutio ſequiē. Illud ſactiſſi-
mū coꝛpꝰ in eſcā vermibꝫ traditū: qꝛ ſentire nō
valeo dicē ꝑtimeſco: quā eſtimatōꝫ ꝓcul ꝓpellit
icōꝑabilis grē munꝰ. qd me dicē multaꝝ ſcri-
pturaꝝ ꝯſideratō iuitat. Cōfitēdū igiē cenſeo:
mariā ad eēnitatis gaudia aſſūptā benignita-
te xpī. honorabiliuſq; ſuſceptā ceteris quā grā
honorauit p̄ ceteris. atq; ad cōmunē hūanita-
tē nō eſſe adductā. pꝰ moꝛtē putredīs. videlicet
v̄mis ⁊ pulueris: q̄ ſuū et oīm genuit ſaluatoꝛē
Si elegit diuina volūtas inē igniū flāmas pue
roꝛū veſtimēta ſeruare illeſa. cur abnuat i mr̄e
ꝓpa: qd elegit i veſte aliena? Ionā ſeruare i vē-
tre ceti icoꝛruptū voluit ſola miſericoꝛdia. ma
riā icoꝛruptā nō ſeruabit grā? Seruatꝰ ē dani
el intēperātiſſima fame leonū: non ſeruāda eſt
maria tātis donata meritis virtutū? Hec ḡ cū-
cta q̄ diximꝰ: qꝛ naturā ſeruaſſe cognoſcimꝰ: in
itegritate q̄ꝫ marie plus gratiā q̄ naturā potu-
iſſe nō dubitamꝰ. Xp̄c ḡ letari facit mariā aīa
⁊ coꝛꝑe i ꝓpo filio: nec vllā ſequi coꝛruptōis erū
naꝫ: quā nulla ſecuta ē tantū pariēdo filiū ite-
gritatiſ coꝛruptō. vt ſit ſꝑ icoꝛrupta quā tāta ꝑ
fudit grā. ſic itegriē viuēs q̄ oīm itegrā genu-
it vitaꝫ. Si ḡ dixi: vt debui. aꝓproba xp̄e ⁊ tui.
Si vō ñ vt debui. ignoſco obſecro tu ⁊ tui Hec
Aug. Sic ḡ nō eſt credēdū q̄ maria moꝛtua ñ
fuerit: ſꝫ moꝛtua ē: ac tñ caro eiꝰ nō cōputruit
Anima cōiuncta eſt iterato coꝛꝑi moꝛtuo: ⁊ ita
aſſūpta ē in celū cū coꝑe glīficato. Uera autē ⁊
idubitata de eius aſſūptōne ſentētia hec eē pro
baē: vt ſm aplm. ſiue i coꝛꝑe. ſiue extra coꝛpꝰ
ignorātes aſſumptā tñ et exaltataꝫ ſuꝑ omnes
choꝛos angeloꝝ credamꝰ. Uñ Hiero. Hec eſt
dies p̄clara: in q̄ vſq; ad throni celſitudinē inte-
merata maē ⁊ v̄go ꝓceſſit: atq; i regni ſolio ſub-
limata pꝰ xp̄m glioſa reſedit. Hic itaq; vbiq; cō
fidēter de illa ſancta dei canit eccl'ia. qd de nllo
alio ſanctoꝝ fas eſt credere: vt vltra angeloꝝ:
vel archangeloꝝ merita trāſcēderit: qꝛ ⁊ ſi ſili-
tudo ꝓmittiē ſanctis veritas denegaē. Ad cuiꝰ
ꝓfecto exeq̄as quātū fas ē credere famulabanē
angeli: ⁊ vniuerſe celi ꝯḡtulabāē curie. Quia
credēduꝫ ē militiā celoꝝ cū ſuis agminibꝫ feſtiue
obuiā veniſſe genitrici dei. eāq; igēti lūie circū-
fulſiſſe. ⁊ vſq; ad thronū olī ſibi eē añ ꝯſtitutōeꝫ
mōi ꝑatū cū laudibꝫ ⁊ cāticis ſpūalibꝫ ꝑduxiſſe
nlli dubiū oēm illā celeſtē hierl'm tūc exultaſſe
ieffabili letitia. tūc iocūdatā eē ieſtimabili ca-
ritate. tūcq; cū oī ḡtulatōe iubilaſſe. Oīm feſti-
uitas hec q̄ nob̄ reuoluiē aīa. illis oībꝫ facta ē
ꝯtinua. Nec imerito. Crediē enī q̄ ſaluatoꝛ oīm
ip̄e q̄ntū daē itelligi ꝑ ſe totꝰ feſtiuꝰ occurrit. et
cū gaudio eā ſecū i throno collocauit. Oꝫ ſi gau
diū ſit i celis ō q̄libꝫ pctoꝛe ꝯuerſo. mltomagis
putandū ē ꝑ tāte v̄gis exaltatōe ⁊ glīa. q̄ exul-
tatō ſit i ſuꝑnis. Cuiꝰ nimirū feſtiuitas oīm ſuꝑ
noꝝ ē gloꝛiatō. celicolarūq; ꝯḡtulatō. p̄ſerti qꝛ
eiꝰ celebꝛitas laus et fauoꝛ ē ſaluatoꝛis. Uñ cre-
dimꝰ: vt ſup̄ dictū ē. q̄ nō hunc tm̄ diē ſolēnem
ducūt ꝑ eiꝰ amoꝛe annuū: veꝝ ꝯtinuū eē ⁊ eēnū
iocūditatis ⁊ letitie: veneratōis obſeq̄o: cū omī
tripudio amoꝛis: ⁊ gaudij. Nec imerito oīs illa
celeſtis ciuitas ꝯḡtulaē ⁊ veneraē mr̄eꝫ: cuius
ſꝑ adorat filiū regē: ante queꝫ tremūt ptātes. ⁊
curuaē oīe genu. Quā ſi diligēē aſpicias: nihl'
v̄tutis ē: nl' ſpecioſitatis et glīe: qd nō ta i ea re
ſplēdeat. Et iō ſi placet tal' ⁊ tāta v̄go. placeat ⁊
opꝰ v̄tutis: cꝰ vita oīm diſcipl'a ē. cꝰ moꝛes iſtitu
ta ſunt oīm eccl'iaꝝ: q̄ p̄cellit cūctis. ſuꝑeminet
vniuerſis. ꝓp̄ea q̄cūq; v̄go ſibi ab ip̄a optat p̄-
miū ⁊ iplorat auxiliū: debꝫ imitari exēplū Hec
Hiero. Uñ ⁊ Bernh. Precioſū hodie munꝰ ēra
nr̄a direxit i celū: vt dādo ⁊ accipiēdo felici ami
citiaꝝ fedē. copulēē hūana diuis. Illo enī aſcē-
dit fructꝰ terre ſublimis. vñ data optima deſcē-
dūt. Aſcēdēs i altū v̄go ſcta maria. dabit ip̄a q̄ꝫ
dona hoībꝫ. Siq̄dē nec facultas ei deeſſe pt: nec
volūtas. Regina celoꝝ ē: miſericoꝛs ē: mr̄ vni-
geniti dei. Nihil enī ſic pt ptātis eiꝰ. ſeu pieta-
tis magnitudinē ꝯmēdare. Niſi foꝛte aut ñ cre
diē dei filꝰ honorare mr̄eꝫ: aut dubitare q̄s pt
oīno i affectū caritatis trāſiſſe marie viſcera: i
q̄bꝫ ip̄a q̄ ex deo caritas nouē mēſibꝫ coꝛꝑaliter
req̄euit. Et hec q̄dē ꝓpter vos dixeri frēs: vt tñ
interi ſileā bñficia: q̄ ꝑ ipꝰ glīficatōe ꝯſeq̄mur
ſi eā diligimꝰ gaudebimꝰ vtiq;: qꝛ vadit ad filiū
niſi foꝛte qd abſit iuētrici grē. oīmodis iuenia-
mur ingti. Quē enī i caſtellū mōi hꝰ itrātē pꝛiꝰ
ip̄a ſuſcepat. ab eo ſuſcipiē hodie ſcāꝫ igrediēſ
ciuitatē. Sꝫ cū q̄nto putas honoꝛe: cū q̄nta ex-
ultatōe: cū q̄nta glīa. Nec i ēris locꝰ dignioꝛ v̄gi-
nal' vteri tēplo. i q̄ dei filiū maria ſuſcepit. nec i
cel' r̄gali ſolio q̄ beatā mariā hodie filꝰ ſblīauit
Felix nimiꝝ vtraq; ſuſceptō. ieffabil' vtraq;: qꝛ
vtraq; iexcogitabil' ē. Ut qd ei hodie ea i eccl'ijs
xp̄i euāgl'ica lectō recitaē. i q̄ mlr bñdicta i mli
eribꝫ excepiſſe itelligiē ſaluatoꝛē. Credo vt hec
quā celebꝛamꝰ exceptōne aliq̄tenꝰ eſtimeē. imo
vt iuxta illiꝰ ieſtimabilē cogſcaē ⁊ iſta. Quis
eē ſi liguis hoīꝫ ⁊ angl'oꝝ loq̄ē explicare valeat
quēadmodū ſr̄uenīete ſpū obūbrāte v̄tute altiſſi
dñs maieſtatis quē ñ capit vniuerſitas creaē
i ēra v̄gīea ſeſe clauſit viſcēa factꝰ hō? Sꝫ ⁊ illō
q̄ſ cogitare ſufficiat. q̄ glo'ſa regia mōi hodie ꝓ
ceſſerit: ⁊ q̄nto deuotōis affcū. tota i eiꝰ occurſū
celeſtiū legionū ꝓdierit mltitudo? q̄ſ explicare q̄
at. q̄bꝫ ad thronū glīe cāticiſ ſit ōducta q̄ placido
vl'tu: q̄ ſerēa facie: q̄ letis āplexibꝰ ſuſcepta a fi
lio: ⁊ ſr̄ oēm exaltata ſit creaturā: cū eo honoꝛe
q̄ tāta mr̄ digna fuit. cū ea gl'a q̄ tm̄ decuit filiū

¶Felicia prorſus oſcula labijs īpreſſa lactentis. cui virgineo mater applaudebat ī gremio. Ueꝝ nũquid nõ felitiora cenſebimus: que ab ore ſedentis ī dextera prīs hodie in beata ſaluatione ſuſcepit cũ aſcenderet ad thronũ glorie. epithalamiũ canēs et dicēs. oſculeť me oſculo oris ſui Xp̄i generatōez. marie aſſumptōez q̄s enarrabit? Quãto eñ grē in terris ē adepta p̄ ceteris. tantũ et in celis obtinet glorie ſingularis. Qd̄ ſi oculus nõ vidit. nec auris audiuit. et ī cor hoīs nõ aſcēdit. que p̄parauit deꝰ diligentibꝰ ſe. ⁊ qd̄ de rebꝰ certũ eſt. diligēti p̄ oībꝰ q̄s loquiť? Felix plane maria ⁊ multipliciť felix. ſiue cũ eũ excipit ſaluatorē. ſiue cum a ſaluatore ſuſcipiť Hec Bernħ. Uñ etiã Anſel. Cum xp̄c matrē in regnũ ſuũ aſſumere: ⁊ ei magnificentiaʒ glorie decreuiſſet oſtendere. cuiꝰ p̄cor dignitatis ⁊ honoris apparatibꝰ intendebat tota curia angelorum? Quibꝰ vocibꝰ exultatōis atq3 ſalutis reſonabãt vniuerſa tabernacula antiquoꝝ patrũ. ipi curie tũc nuꝑ aſſociatorũ? Certe crediderim oīs illius patrie ciues. feſtiui ori ſolito et ſublimioris decoris nitere. ad aduentũ mr̄is dñi ſui p̄parari: ac noua q̄dam ⁊ ieffabili iocũditatis grā p tante rei expectatōne cōiubilare. Et qd̄ mirum Ipe illis deus ⁊ dñs omniũ. filiꝰ ipius caſtiſſime virginis ⁊ dñe rerum. ipe ei ſicut vnice ſue matri totus feſtiuꝰ occurrere volebat. ne ⁊ aliquis de familiaribꝰ ſuis ſe a tanti gaudij imenſitate ſubtraheret. Utiq3 moris iter hoīes eſſe ſcitur vnũqueq3 bonũ ſeruũ cuiuſuis p̄potētis dñi: eo maiori gaudio ī aduētu amici ſui exultare. quo ipm dñm ſuũ cognoſcit aduentantē amicũ magis amare. Cum ḃo de aduētu parentũ dñi ſui agiť. de quoꝝ ſpeciali dilectōne nullus vlla dubitatōne teneť. ille nimirũ magis felicez ſe eſtimat: qui maiori iubilo et feſtiuiori occurſu letitie frena relaxat. Si ğ hec ita ſe habent apud homīes: quibꝰ ſi q̄ bonitas eſt. longe tñ ſupnorũ ciuiũ bonitati impar eſt. cōtempleť aīo qua poteſt. quo gaudio. q̄ feſtiuitate. quibꝰ cōcentibus iubilãt omnes beatoꝝ ſpirituũ ordines: qñ ⁊ vnicã matrē dñi ſui aduentare. ⁊ ipm dominũ deũ ſuũ. ei videbãt omni glīa ſua decoratũ velle occurrere. Stipatus itaq3 mille milibus. imo īnumerabiliũ angeloꝝ agminibꝰ deus. ipe huic pijſſime matri ſue de hoc mũdo migrãti occurriť eamq3 ſuꝑ omnes celos exaltatã. cũcte ſecũ creature ꝑhenni iure dominaturã. in throno glīe cōuocauit. O dies tanti occurſus glorioſa: ⁊ felix dies tam p̄clare exaltatōnis. Beata et celebris dies: tam ſublimis glorificatōnis feſtiua. et omni ſeculo admirabilis. Dies eñ illa nõ ſolũ te domina ineffabiliter ſublimauit: ſed celũ ipm qd̄ penetraſti. nec nõ cũcta q̄ in eo ſunt noua: ⁊ ieſtimabili grā decorauit. Noua quidē grā celũ decorauit: q2 priorē gloriã eius ex p̄ntia tua vltra q̄ꝫ dici poſſit: aut cogitari magnificauit. Nam tu dña illuc aſcendēs. noua illud ac p̄cellēti virtutũ tuaꝝ dignitate irradias. imēſaq3 miſeratōnũ ⁊ grãrũ luci ꝑluſtras. Eadē q3 dies tui aſcenſus: eos q̄ ciues celi ab inicio creature eē meruerũt: ſolita feſtiuiori exultatōnis gaudio ibuit. Quia nãq3 ꝑ glorioſũ fructũ fecũde ḃginitatis tue. vidēt ſemirutã ciuitatē ſuã reintegrari. vere in tuo aduētu ꝑ quē tantũ bonũ meruerũt. gaudij ſui magnitudo iure debuit augmētari. Terrã etiã dies exaltatōis tue. o beatiſſima femīaꝝ mira grā irrigauit: q2 dũ te quã de ſe: et ī ſe alioꝝ hoīm lege ꝓgenitã nouit: vſq3 ad creatoris oīm thronũ exaltari recognoſcit. antiq̄ maledictōis penã: quã ī pc̄to p̄moꝝ filioꝝ ſuoꝝ ſe merito excepiſſe ſciebat. iã ꝑ tante bñdictōis tue abũdantiã ſe euadere indubitanť credebat Quid ampliꝰ dicē poſſũ dña? Immēſitatē q̄ꝑe grē ⁊ glīe tue ꝯſiderare cupiēti. ſenſus deficit. ligua tateſcit. Quēadmodũ eñ oīa q̄ in celo ſunt ꝑ glīficatōez tuã ieffabiliť decorãť. ita ꝑ eandē glīficatōz cũcta q̄ ī t̄ra ſubſiſtũt. ieffabiliť ſblimãť. Singula nēpe imēſe dignitatis decꝰ ꝓfecerũt: cũ ꝑ tuã beatã ⁊ itegerrimã ḃginitatē. deũ ſuũ quē nõ ꝯgnouerãt agnoſcē. ⁊ agnitũ colere atq3 amare meruerũt: qñ oēs celos aſcendē: ac ī dextera dei ſui bñdicti filij tui exaltare cognouerũt. In eo etiã didicerũt ſe eidem deo ſuũ toto debē qd̄ ſunt. qñ tu q̄ inť illa: ⁊ de illis vna fuiſti tantã dignitatis eminentiã meruiſti. Nihil igiť aut ydolis dies. aut velle alie rerũ ſpēs ydoloꝝ cultoribꝰ ſe debere itellexerũt: vbi et ſingularē actorē ſui ex caſtiſſimo vtero tuo. ad rſtitutōez p̄me creatōis ſue ꝓgenitũ ſuſcepeřt: ⁊ te ꝑ quã amiſſã dignitatē ſuã recuꝑauerũt. oī creature tã ſolimiter p̄poni iſpexerũt. Quãs igiť laudes q̄s ve grãrũ actōnes. nõ ſolũ hũana: ſ3 etiã oīs creatura huic ſacratiſſime virgini debet? Puriſſima nãq3 ſanctitas. ac ſctīſſima puritas pijſſimi pectoris eius. omnē oīs creature puritatem ſeu ſctītatē. icōꝑabili ſublimitate trãſcēdēs. hoc ꝓmeruit: vt ꝯpatrix ꝑditi orbꝰ digniſſime fieret Uñ qd̄ laudis ꝓ tã ieffabili bono. ipē ꝑ eã reparatus mũdꝰ ei iure debeat. cor alicuius ſub carne mortali viuētis. eſtimare nllãtenꝰ ſufficit. vtiq3 cũcta q̄ deꝰ fecit ⁊ vtiliť bona ī eo ſtatu q̄ cōdita fuerũt eē deſtiterũt: ⁊ ꝑ hãc btīſſimã ḃginē ī ſtatũ p̄ſtinũ reſtituta ſũt. Sicut ğ deꝰ ſua potētia cũcta patrãdo. prʼ ē ⁊ dñs oīm. ita beata maria ſuis meritis cũcta rꝑãdo. mr̄ ē ⁊ dña rerũ. Deꝰ ē eñ dñs oīm: ſinglã ī ſua natura ꝓpa iuſſiõe cõſtituēdo: ⁊ maria ē dña reꝝ. ſinglã ꝯgēite dignitati. ꝑ illã quã meruit grãʒ reſtituēdo. Et quēadmodũ deꝰ ex ſua ſbſtãtia. genuit eũ. ꝑ quē cũctis originē dedit: ita maria d̄ ſua carne peperit illũ. q̄ ī decorē p̄me creatōis oīm cũcta reſtituit. Itē nllã reꝝ ſpēs: niſi ꝑ dei filiũ facta ſubſtitit: ita lex debite dãnatōis neminē deſerit niſi quē ab ea filiꝰ marie abſoluit. Quis igiť iſta recto ſenſu ⁊ corde ſincero ꝑpēdēs. plene ꝑcipe q̄at excellētiã dñe hꝰ: ꝑ quã tã ieffabili grã: ⁊ tã ineſtimabili electōe erectꝰ ē mũdꝰ? Quis igr̄ mirã ⁊ oī rei p̄ter hãc iauditã. mlīeris iſtiꝰ grãʒ. oculis mētis aſpiciēs nõ obſtupeſcat: ⁊ nõ mõ elinguis. veꝝ et tãte rei ꝯphēſiõe ꝓſus imunis fiat

Quapropt̄ ea q̄ nob̄ ſūt īpenetrabilia īt̄mittē
tes pcibꝫ ipetrare nitamur: vt qđ ītellectu cape
neq̄mus. ſalutari effectu obtinere mereamur.
Per has ḡ ratōes īpoſſibile ē: vt aliq̄s hō̄ ab eā
cōuerſus: et ab ea reſpect⁹ damnet̄. Nā ipa ge
nuit eū p quē mortua reuiuūt: per quē hoīes ex
pctō ſaluant̄: qꝛ nō ē iuſtificatō: niſi quā ipa in
vtero fouit: nō ē ſal⁹: niſi quā ipa peperit. Ipa
ē ḡ mr̄ iuſtificātis et iuſtificatoris: ipa ē mater
ſaluātis et ſaluatoris. Igit̄ mr̄ dei q̄ ſolus dam
nat: q̄ ſolus ſaluat. quē ſolū timem⁹. ī q̄ ſolo ſpe
ram⁹: ē mat̄ nr̄a. Judex et ſaluator nr̄ ē frat̄ nr̄
Quō ḡ deſperem⁹: cū ſal⁹ ſiue damnatio nr̄a ex
boni frīs. et pie mr̄is pēdeat arbitrio? Nūq̄d ſu-
ſtinebit bon⁹ frat̄ puniri frēs ſuos q̄s redemit.
bona mr̄ damnari filios ſuos: quoꝝ ipa redēpto
rē genuit? Dulcis mat̄: rogabit dulcē filiū ſuū.
piū frem nr̄m. filiū p filijs. vnigenitū p adopta
tis. Pius fili⁹ libēt̄ audiet matrē p filijs. vnige-
nit⁹ p his q̄s adoptauit. dn̄s p his q̄s liberauit:
Hec Anſ. Exultem⁹ igit̄ ꝛ nos miſeri cū celi-
colis ꝛ creaturis vniuerſis: ꝑut poſſum⁹: ac ta
lē et tantā v̄ginē p nr̄o modulo laudare ſtudea
mus. Vn̄ Hiero. Ad hec nos ꝓuocās ꝑ īuitās. in
ter cetera ſic ait. Idcirco letami ꝛ laudate: qꝛ ſi
deū ore ꝓpheto ī ſuis ſctīs laudare iubemur. mlt̄-
tomagis eū ī hac celebritate btē v̄gīs mr̄is eius
oportet cū hȳmnis ꝛ cāticis diligēti⁹ extollē: et
dignis deo iubilare p̄conijs: ac miſticis honora-
re muneribꝫ. Nulli dubiū quī totū ad gloriā lau
dis ei⁹ ꝑtineat. q̄cq̄d digne genitricis ſue īpen-
ſū fuerit ac ſolēnit̄. Profecto q̄cq̄d hūanis p̄t di
ci v̄bis. min⁹ ē a laude celi: q̄ diuinis ē: ꝛ angeli-
cis excellēcijs predicata ꝛ laudata p̄conijs. A
ꝓphis q̄dē ꝓnūciata. a p̄rīarchis figuris: ꝛ eni-
gmatibꝫ p̄ſiḡta. ab euangeliſtis exhibita ꝛ mō-
ſtrata. Ab anglō venerabiliter atq̄ officioſiſſi-
me ſaluata. Tn̄ et ſi ad hec nemo idone⁹ īuenit̄
votis oībꝫ ceſſare nō debet etiā q̄libet peccator
a laudibꝫ. q̄uis explē nō q̄at qđ ſentit̄. Vn̄ ꝛ ſer
mo diuin⁹ cū de pctōre ageret ī pſalmis. ſacrifi-
ciū īquit laudis honorificabit me. et illic iter q̄
oſtendā illi ſalutare dei. Ac ſi patēt̄ dicat. Illic
iter ē laudis ad laudē ſine fine māſurā: ſꝫ nemo
app̄hēdit illud niſi ego p̄mōſtrauero. Propt̄ea
qꝛ iter ſalutis nr̄e ī laudibꝫ ē ſaluatoris. hortor
vos ꝛ cōmoneo: ī hac ſacra ſolēnitate genitri-
cis dei marie. nolite ceſſare a laudibꝫ. Et q̄uis
ſpecioſa laus nō ſit in ore peccatoris. noli ceſſa-
re: qꝛ inde ꝑmittit̄ tibi venia. vn̄ et oībꝫ vt lau-
des. Alioqui niſi iuxta modulū ingenij nr̄i deū
laudare ī ſctīs ſuis ſtudeam⁹. quō eū iuxta mlt̄
titudinē magnitudinis ei⁹ laudare poterimus?
Oīno hoc p̄termittēdū nō ē: qđ ipleturi ſumus
q̄n̄q̄ꝫ. ſm̄ q̄ dicit̄. Beati q̄ hitāt ī domo tua dn̄e
ī ſecl̄a ſeculoꝝ laudabūt te. Interī v̄o qꝛ īmen-
ſus ē: qđ voce nō poſſum⁹. nec facūdia valem⁹
exeq̄mur votis et medullis cordis Hec Hiero.

Aſſūptio btē v̄gīs fuit olī p̄figurata. q̄n̄ arca
dn̄i in domū regis dauid ē trāſlata. Rex dauid
corā arca cȳtharīſauit. ꝛ eā cū magno iubilo in
domū ſuā adduxit. In archa māna celi cōtine-
bat̄: ꝛ cōueniēt̄ ꝑ eā btā v̄go deſignat̄: qꝛ panē
angeloꝝ quē hō̄ māducauit. ipa generauit. Ar
cha d̄ ligno cedrī iputribili erat facta. figurās q̄
maria ī putredinē nō ē redacta. Rex dauid q̄ co
rā archa reſiliēdo cȳtharīſauit. regē celi ꝛ terre
xp̄m p̄figurauit: q̄ vt credit̄. mr̄i ſue ꝑſonalr̄ oc
currit: ꝛ eā cū magno iubilo ī domū ſuā itrodu
xit. Aſſūptio etiā marie. olī fuit iohī ī pathmos ī
ſula p̄figurata. Nā mlīerē q̄ndā admirabilē ī ce
lo videbat. q̄ ſole amicta erat. ꝛ maria circūdata
diuitate ī celū aſcēdebat. Lūa ſb̄ pedibꝫ ei⁹ eē vi
debat̄. ꝑ qđ ꝑpetua ſtabilitas marie deſignat̄.
Luna eī īſtabil̄ ē ꝛ nō diu manet plena. ꝛ deſiḡt
mūdū ꝛ oīa t̄rena. Hec īſtabilia maria ꝯtēnens
ſb̄ pedibꝫ cōculcauit: et ad celū vbi oīa ſtabilia
ſūt anhelauit:. Coronā etiā ī capite ſuo mlīer ha
bebat. q̄ ī ſe ſtellas duodecī cōtinebat. Corona
ꝯſueuit eē honoris ſignū: ꝛ ſignat honorē glīoſe
v̄gini ꝯdignū. Per duodecī ſtellas aplī ītelligū
tur: q̄ ī deceſſu marie oēs affuiſſe dicūt̄. Mlīe
ri ſūt date ale ad volādū. ꝑ q̄s ītelligit̄ aſſūptō
tā corꝑis q̄ aīe. Feſtiuitas aūt h⁹ ſctē aſſum
ptōīſ. figurata fuit olī ī mr̄e ſalomōis. Salomō
eīn rex ī throno glīe reſidebat: ꝛ mr̄i ſue thronū
ad dexterā poni faciebat. In quē ipaꝫ a dexterīſ
ſuis locauit: ꝛ qđcūq̄ꝫ pecierat ſibi nō negauit.
Sic ꝛ xp̄c mr̄eꝫ ſuā a dexſ̄is ſuis locauit: et oīa
q̄cūq̄ꝫ voluerit ab eo īpetrabit. O felix maria: ꝛ
oī laude digniſſīa. O v̄go maria dei genitrix glī
oſa. O ſb̄limis puerꝑa: q̄ deū autorē celi ꝛ terre
quē oīs creatura n̄ capit tuo īmaculato vtero
clauſū geſtaſti? Quid nos tātilli. q̄d actōe puſil
li. q̄d ī tuis laudibꝫ referam⁹: cū etiā ſi oīm nr̄m
mēbra v̄terent̄ ī līguas te laudare null⁹ ſuffice
ret? Quid dicā paup īgenio. cū d̄ te q̄cq̄d dixero
minor laus ē q̄ dignitas tua mereat̄? Quid ḡ de
te dignū dicā? q̄d referā: cū nō ſufficiat lingua
carnis tuas enarrare v̄tutes? O maria tui t̄cor
datō nois melle dulcior. nectare ſuauior. feſſos
recreat. meſtos letificat. oppreſſos r̄leuat. erran
tes ad viā ſalutis r̄uocat. ꝛ pctōres ne deſperēt
ſue ſuauitatis odore ꝯfortat. Sicut eīn tp̄e ver-
nali: cū ad alta celi ſol īcipit aſcēdē. ꝛ terris fe-
cūda radioꝝ ſuoꝝ lūinoſitatē īfūdē vegetabilia
cūcta hȳemali glacie ꝯſtricta īcipiūt reuiuiſcē:
aīantia q̄ꝫ ꝛ volatilia ī ātris ꝛ ſpecubꝫ ac diuer
ſis q̄buſq̄ꝫ latibul̄ abſcōdita. ad tāte lucis noui
tatē r̄ſpirare īcipiūt: ac vires r̄ſumē ꝛ cordis le
titiā cātibꝫ ꝛ plauſibꝫ letabūdis oſ̄ndē: hoīes q̄ꝫ
ſenes cū innoribꝫ ei⁹ ī aduētu exhilarāt̄: ꝛ tota
ſ̄ficies t̄re decore īduit̄ ꝛ applaudit ac ꝯḡtulat̄
Sic nob̄ accidit cū ſole amicta. v̄go fecūda. regi
na celi p̄electa: vt ſol: fines cordis nr̄i īgredit̄ ꝛ
memoria ei⁹ mētibꝫ nr̄is rutilātibꝫ abſq̄ꝫ nube ī
fūdit̄: ꝯtiuo nāq̄ꝫ duritie oīs ad tāte lucis īmē
ſitatē r̄ſoluit̄: arida cūcta roꝛe celeſtis gr̄e irri
gant̄: fugant̄ tenebre. lumen nouum exoritur
ꝛ gaudiorum nobis materia immēſa cumulat̄
O nomē admirabile. O nomē delectabile. O no-
mē grauidū ſacrīmētis: ꝛ diuis plenū mȳſterijs.

O nomē glorioſum. O nomē celeberrimū. O no
men ſublime: ante tēpora vniuerſa ī dei p̄deſti-
natōne cōpoſitum. et in tēpore digne pſone: ſm
rem cōueniēter impoſitū. O nomē qđ nominat̄
ſepius: ⁊ frequētat̄ dulcius in conſilio et cōgre
gatione iuſtorum: ⁊ quod verſat̄ clementius in
ore peccatoꝝ. Quis eñ vnq̄ criminū veniā pe-
cijt: niſi mediāte maria? Omnes mariā inuocāt
Omnes mariā nominānt. Mariā p̄ omībꝫ amāt
Omnis etas ſexus et profeſſio: mariam ſtudioſe
reclamat. Cum eñ ſūmum regē peccādo perdi
mus. cū angelos et ſanctos oīs offendimꝰ. cū
etiā nobiſipſis graues ſumꝰ: ⁊ oīno neſcimꝰ qđ
agere debeamus. hoc ſolū reſtat miſeris: vt ocu
los cordis ⁊ corpis ad te leuemus. conſiliū que
rentes. petentes auxiliū. Unde Anſelmꝰ. Nihil
certe vtiliꝰ poſt deū memoria matris dei. nihil
ſalubrius meditatōne pij amoris. quo feruebat
in memoria et cōtemplatōne filij ſui. nihil iocun
dius ſapore pertracti gaudij eius. quo multipli
citer paſcebat̄ in eodē: et p eūdem filiū ſuum.
Sepe quidē vidimꝰ et audiuimꝰ plurimos homi
nū. in ſuis periculis recordari nomīs ipſius bea
te Marie virginis. et ilico omnis periculi ⁊ malū
euaſiſſe. Uelocior eſt eñ nonnūq̄ ſalus memo-
rato nomīe eius: q̄ inuocato nomīe domini ihu
vnici filij eius. Et id quidē nō ideo fit: q̄ ipſa ma
ior eo ſit. aut potētior. nec eñ ipſe magnus aut
potēs eſt p illā: ſed illa p ipm. Quare ergo ſalꝰ
promptior ī recordatōne eius q̄ filij ſui ſepe pci
piatur? dicam quod ſentio. Filius quidem eius
dominus eſt et iudex omniū. diſcernens merita
ſinguloꝝ. Dum igit̄ ipſe a quouis ſuo nomīe in-
uocatus. non ſtatim exaudit. pfecto iuſto iudi-
cio id facit. Inuocato aūt noīe mr̄is ſue: ⁊ ſi me
rita iuocātis nō merent̄. merita mr̄is itercedūt
vt exaudiat̄. Hec deniq̄ humanꝰ vſus q̄tidie p
bat: cū q̄s pꝓpoſito amici noīe ab alio ipetrat effi
cacit̄: qđ ſimplr̄ ſua p̄ce nequāq̄ ipetrare vale-
bat. Itaq̄ ſi tam vtilis ē ī ſubueniēdo memoria
nomīs mr̄is dei: nō mirū ſi magis affert fructū
frequēs meditatō ſancti amoris eiꝰ: ſi plenā io
cūditatē dabit dulci ſtudio. cogitata et recogi-
tata imenſitas gaudij eius. Hec Anſel. Tibi ḡ
O ſpes nr̄a gaudiū et leticia cordis nr̄i. ego pec
cator ī vocē ſalutatōnis et laudis cupiēs prūpe-
re. teq̄ ex intimo cordis. cū gemitu et lacrimis
et deuota cordis genuflectōe affectuoſiſſime ma
trē ḡre ſalutare et laudare: cū mēte ptracto vi-
ros illuſtres q̄ te ab inicio laudauerūt. p̄ ſtupo
re deficio. ⁊ vltra ſpm̄ non habeo. Sꝫ cū ad me
ipm̄ redeo. hec itra me reuoluo: dicēs. Salue o
pia dei mr̄: et virgo: quā laudat orbis ēre ⁊ ple
nitudo eiꝰ. celi celoꝝ et oīs virtꝰ eoꝝ: quicq̄d de
p̄conio tuo lingua dicē potuit. calamꝰ ſcribere
valuit. cor potuit cogitare oībꝫ illis ſil' collectis
et ꝯſcriptis. ⁊ ī vnū manipulū cōgeſtis. cētupli
cata: ⁊ infinicies multiplicata corde deuoto. au-
reo cū decore. mellifluo ſapore. ⁊ odore aromati
co tibi porrigo ad laudandū et glorificandū te
virgo beata nūc ⁊ in eternū. Uñ Augꝰ. Accipe
itaq̄ quaſcūq̄ meritis tuis ipares grāꝝ actio
nes ⁊ laudes: et cū ſuſcipes vota. culpas nr̄as:
orādo excuſa. Admitte noſtras p̄ces itra ſacra
riū pie exauditōnis: ⁊ reporta nobis antidotū
recōciliatōnis. Sit p te excuſabile: qđ p te inge
rimus. fiat impetrabile quod fida mēte poſcimꝰ
accipe quod offerimus. impetra qđ rogamꝰ. ex
cuſa quod timemꝰ: quia nec potiorē meritis in
uenimꝰ ad placādū irā iudicis: q̄ te que merui-
ſti mat̄ exiſtere eiuſdē redēptoris ⁊ iudicis. Suc
curre ergo miſeris. Iuua puſillanimes. refoue
flebiles. ora p pplo. interueni p clero. intercede p
monachoꝝ choro. exora p deuoto femīeo ſexu.
Sentiāt oēs tuū iuuamē quicūq̄ deuote cele-
brant tuā aſſumptōē. Sit tibi cōpaſſio ſup af-
flictis. ſit piꝰ affectꝰ ſup celoꝝ pegrinis. Et cum
te ſemp letantē aſpicis. fletus q̄z nr̄os ad deum
ipſa admittas: eūq̄ vt ꝓpriū filiū pro nobis iter
pelles p̄camur. Nos eñ adhuc in hac terra af-
fligimur. iniurijs laceſſimur. obprobrijs affici-
mur. eſurimus. ſitimus. ſomnū patimur. ī car-
cere retinemur. Tu vō in celeſtibꝫ regnis. p̄la-
ta es cūctis virginū choris. Tu agnū quocunq̄
perrexerit ſequeris. tu virgineos choros: ⁊ ab ī
centiue carnis illecebris alienos. p albentia li-
lia. roſaſq̄ vernātes: ad fontē perennis vite po
tādos iuitas. Tu ī illa beatoꝝ feliciſſima regna
p̄mi ordinis dignitate intēpta. plantis roſcidis
oberrās. iter paradiſi amenitatē gramineoſq̄.
⁊ crocos tenero poplice pgis. feliciq̄ palma vi-
olas imarceſſibiles carpis. Tu ꝯcinis ſine fine
choris cōiūcta angelicis: archangeliſq̄ ſociata
ī defeſſa voce ſanctꝰ clamare ñ ceſſas. Tu ī cubi
culo regis. btitudine gēmis ac margaritis orna
ta extitis. Tibi thronꝰ ab angelis ē collocatꝰ in
aula regis eterni. teq̄ ipſe rex regū: vt mr̄ē ve
ram ⁊ decorā ſponſam. p̄ oībꝫ diligens. amoris
amplexu aſſociat. Nec mirum ſi dignet̄ tibi ad
gaudere deꝰ regnās ī celis. quē tu puulum ex te
hoīē natum totiēs oſculata es ī terris. Has ḡ
tuas felicitates poſſidēs. cōuerte ad nr̄aꝝ miſe
riaꝝ ſalutē. Inē hec fr̄es cariſſimi toto mētis af
fectu btīſſime v̄ginis intēceſſiōibꝫ nos ꝯmittamꝰ
Oēs patrocinia oī niſu iploremꝰ: vt dū nos ſup
plici eā obſeqo frequētamꝰ ī t̄ris. ipſa nos ſedu-
la p̄ce cōmēdare dignet̄ ī cel'. Neq̄ eñ dubiū eſt
eā q̄ meruit p liberādis pferre p̄ciū. poſſe plus
ſctīs oībꝫ libatis ipendē ſuffragiū. Sꝫ qđ nob p
deſt hāc iterpellare vocibꝫ: niſi et hūilitatis eiꝰ
exēpla teneamꝰ: Curemꝰ ḡ dilectiſſimi fr̄es: vt
cū hꝰdiei feſtiuitati inteſſe cupimꝰ. veſtimētis
hūilitatis atq̄ caritatis iduti appeamꝰ. Nō nos
īuidia aliene felicitatis torq̄at. ñ ira vſq̄ ad di-
uiſionē dilaniet. nō cupiditas a nob xp̄m exclu
dat. nō ſecl'i nos triſticia exurat. nō pſpitas eiꝰ
icaute decipiat. nō luxuria inq̄net. nō imūdicia
polluat. non elatio corrumpat. non ſuperbia ī-
flet: vt cum nos virtutibus ornatos. caritate
coniūctos. humilitate fundatos. beata dei ge-
nitrix maria ſue nos intereſſe feſtiuitati pſpe-
xerit ardentiꝰ ſubuenire feſtinet apđ filiū ⁊ dn̄m

ſuum ihm xp̄m deū ſaluatorē nostrū: qui co⸗
ronis ꝑhennis regni clarificat ſanctos ſuos.
⁊ eſt eterna laus ⁊ expectatō oībꝫ electis ſuis.
hec Aug. Un̄ ⁊ Anſhel. Rogamꝰ ḡ te dn̄a. ꝑ
ipam grām q̄ te pius ⁊ oīpotens deꝰ ſic exalta
uit. ⁊ oīa tecū poſſibilia donauit. quatenus id
apud ipſuʒ nobis obtineas. vt plenitudo grē
quā meruiſti ī nobis ſic opeꝛ̄. qđ ꝑticipiū bti
premij eiꝰ nobis miſcđiter: qn̄qꝫ doneꝛ̄. Ab hoc
q̄ppe deus noſter ꝑ te factꝰ eſt frater nr̄. vt quē
admodū ip̄e dignatus ē ꝯſors fieri nr̄e hūani
tatis. ſic nos mereamur ꝯſortes fieri ſue diui
tatis. Intende ḡ piſſima dn̄a. vt nobis ad ef⸗
fectū ꝑueniat. ꝓpter qđ deus noſter ex tuo ca⸗
ſtiſſimo vtero factus homo inter hoīes venit
Nec ſis queſumꝰ exoratu difficilis. qꝛ ꝓcul du⸗
bio idem benigniſſimꝰ filiꝰ tuus erit ad cōcedē
dū quicq̄d voles ꝓmptus ⁊ exaudibilis. Tātū
modo itaqꝫ velis ſalutē noſtrā ⁊ vere nequaq̄
ſalui eſſe nō poterimꝰ. Quid ḡ ſtringes larga
viſcera miſcđie tue cōtra nos dn̄a: vt nolis ſal
uari nos. Certe deus nr̄ teſte ꝓpha miſcđia no
ſtra ē. tu eiuſdē dei noſtri abſqꝫ dubio vera ma
ter es. Si tu ḡ q̄ deles ⁊ reuera miſcđie maꝛ̄.
denegas nobis effectū miſcđie. cuiꝰ tā mirabili
ter facta es mater. qđ faciemꝰ cū idē filiꝰ tuꝰ
aduenerit cūctos equo iuditio iudicaturꝰ? Si
quidē licet ipſe filius tuus ſit ꝑ te factꝰ frater
nr̄. vtiqꝫ tn̄ vbi volūtatē tuā ſue videlꝫ dulciſ⸗
ſime matris magis porrectaʒ aduerterit. illuc
ſeruata equitatis ratōe. a qua te nullatenꝰ di⸗
ſcrepare velle videbit. iuditij ſui ſn̄iaʒ. ſiue ad
miſcđiam inflectēdo. ſiue ad iuſticiā intēdēdo
ꝓmulgabit. Subueni ḡ nobis dn̄a. ⁊ nō ꝯſide
rata pctoꝝ noſtroꝝ multitudīe. velle tuuʒ ad
miſerendū nobis inflecte. Cogita q̄ſumꝰ ⁊ re⸗
cogita apđ te. qꝛ nō ad dānandū ſꝫ ſaluanduʒ
pctores. ꝯditor noſter factus eſt hō ex te. Cur
itaqꝫ nō iuuabis nos pctores. q̄ in tantā celſi
tudinē es ꝓpter nos eleuata. vt te dn̄am bēat
⁊ venereꝛ̄ tota pariter creatura? An id vtrū ꝑe
amꝰ ampliꝰ nō curabis. qꝛ quicq̄d de nobis mi
ſeris vlꝛ̄ eueniat. glīe tue nulla iactura inde ꝓ
ueniat? Et hoc q̄deʒ fortaſſis aliq̄ modo bona
dn̄a poſſes. ſi ꝓ tui ſoliꝰ exaltatōne et vtilitate
mr̄ dei facta fuiſſes? Sꝫ vtiqꝫ deꝰ qui hoīem aſ
ſūpſit ex tua caſtiſſima carne. hoc fecit ꝓ tua
⁊ nr̄a ꝯmuni ſalute. Si ḡ tu q̄ plena ſalute es
potita. nō intēdis vt eadē ſalus ꝓ modulo nr̄o
etiā ad nos vſqꝫ ꝑtingat. iā tuoꝝ ſufficiēs co⸗
modoꝝ nr̄oꝝ negligens eē videberis: q̄ ꝓ totiꝰ
mūdi ſaluatōe meruiſti fieri mater altiſſimi:
cū nos poſtpoſueris q̄s obuoluit funꝰ ſeculi.
Quid ḡ queſo ꝓderit nobis tua felix ⁊ glorio⸗
ſa exaltatō. ⁊ qua inde habemꝰ dulcis ⁊ effectu
oſa exultatō. Ut ḡ filiū tuū totiꝰ mūdi ſaluato
rē. ⁊ te eiꝰ recōciliatricē veraciꝛ̄ eſſe ſenciamꝰ
eo nos ꝓpenſiori ſtudio iuua ꝓcamur ⁊ foue. q̄
ī fecibꝫ mūdi natos ⁊ alitos. potiori leuamīe
ꝑſpicis indigere. Ab initio deniqꝫ renouatōis
hūane. oībꝫ ſub tuū p̄ſidiū ꝯfugientibꝫ hucuſ⸗
qꝫ ſuccurriſti. ⁊ idcirco ꝓ oī creatura oī laude
digniſſima. dici et eſſe meruiſti. Eya ſuccurre
nob. ⁊ oramus vt laus quā ꝑ tot ſecula poſſe⸗
diſti. ꝯtinua tibi duret ī grā ipſa q̄ mūdo ſub⸗
ueniſti. Tibi ḡ nos ꝯmēdamꝰ. tu ꝓcura ne ꝑe⸗
amꝰ. Effice potiꝰ vt ſalꝰ nr̄a de die in diē multi
pliceꝛ̄. ⁊ filio tuo dn̄o ihu xp̄o vita noſtra iu
gi deuotōne famuleꝛ̄. hec Anſhelmꝰ. Oratio.

Deus dator gaudij. largitor ſolatij. luctꝰ
releuator. meroris effugator. q̄ beatam
virginē mariā matrē tuaʒ maieſtatis
ſpeculū. angeloꝝ ſolatiū. tue bonitatis ymagi
nē. nr̄e ſalutis originē. multiplici gaudio ī ter⸗
ris ⁊ ī celis letificaſti: ꝯcede mihi ſupplici tuo
vt qui ad eā q̄ſi ad fontē gaudij ī doloribꝫ me⸗
is fiducialiꝛ̄ recurrē p̄ſumo. valeaʒ ipiꝰ meri⸗
tis ⁊ interceſſione p̄ntis. ⁊ ꝑpetui gaudij effe⸗
ctū ſentire. ⁊ ad illud ineffabile gaudiū q̄ aſſū
pta tecū gaudet ī celis feliciter ꝑuenire Amē.

## De finali iuditio. Capitulū. LXXXVII.

Post p̄dicta que iā com
pleta ſūt. reſtat vt de finali iuditō
et q̄buſdā alijs nōdū ipletis aliq̄d
videamꝰ. Finale itaqꝫ iuditiuʒ q̄⸗
dam ſūt accidētia. ſ. pena purgatorij. eccl'e ſuf
fragia. ⁊ antixp̄i ꝑſecutio. q̄dam cōcomitātia
ſ. ꝯflagratio mūdi ⁊ corꝑm reſurrectō. ⁊ q̄daʒ
ſequētia. ſ. pena infernal' ⁊ glīa celeſtis. De
purgatorio ſciēdū. q̄ ī eo duplex pena ē. vna
dāni de carētia diuīe viſionis. alia ſenſꝰ de af⸗
flictōne caloris aut frigoris vel pene alterius
generis. ⁊ q̄tū ad vtrūqꝫ. mior pena purgato
rij. maior ē q̄ maxia pena huiꝰ mundi. Bern̄.
Sola dies purgatorij ſupat paſſiones ſctoꝝ.
Ratio aūt acerbitatis pene purgatorij ē iſta.
qꝛ cū deꝰ plꝰ q̄rat emendā q̄ penā. plꝰ ponderat
ī p̄nīa ꝟtutē bone volūtatis q̄ penā afflictō⸗
nis. vn̄ plꝰ ponderat deꝰ modicā penā volūta⸗
riā in p̄nti. q̄ mltā nō ita volūtariā ī futuro
ſicut plꝰ valet modicū auri q̄ multū plūbi. vn̄
ſm Aug. Una gutta aq̄ lacrimaꝝ tantū facit
hic ꝑ emēda. quantū decē anni in purgatorio.
Et oꝑtet vt qđ ibi deficit ī volūtate. ſuppleaꝛ̄
ī acerbitate. Neceſſe ē aūt: vt ait Aug. q̄ tātū
vrat dolor. quantū inheſerat amor. Tāto enī
q̄ſqꝫ torq̄ꝛ̄ diutiꝰ. q̄nto affectꝰ eiꝰ venialibꝫ ihe
rebat fortiꝰ. Un̄ tādiu differꝛ̄ q̄s a glīa. q̄uſqꝫ
fiet ſine oī macula. ſic erat ī baptiſmo. Noli ḡ
ꝯtempnē venialia. ꝓ q̄bꝫ tāta pena ē expectā
da. Cur aūt aīa incorꝑea corꝑalibꝫ penis te
neaꝛ̄. declarat Augꝰ dicēs. Aīe q̄ in corꝑibꝫ vi
uētes ꝑ dilectōeʒ reꝝ viſibiliū corꝑalibꝫ ymā
ginibꝫ afficiūꝛ̄. a corꝑibꝫ exeūtes ī eiſdē ymā⸗
ginibꝫ tormēta paciūꝛ̄. Propterea eī corꝑali⸗
bus paſſionibꝫ ibi teneri p̄nt. qꝛ a corruptōne
corꝑaliū affectōnū hic mūdate nō fuerūt. quā
corpulentiā de corꝑis delectatōe traxerūt. Et
iterꝫ. Si eī aīa a corruptōe corꝑaliū affectio⸗
nū hic n̄ mūdaꝛ̄. corꝑe exuta corꝑalibꝫ teneꝛ̄
paſſionibꝫ. Studeat ḡ in hac vita ſe ab hmōi
feculētia mūdare. q̄tenꝰ cum hic exierit. nihil
corꝑeū ſecū trahat. ⁊ a corꝑis paſſiōe imunis

exiſtat. hec Aug⁹. Suffragioꝝ aũt ſũt q̃tu-
oꝛ modi generales. ad q̃s oẽs alij reducũt̃. ſ.
oꝛõ. ieiuniũ. elemoſina. ⁊ ſacr̃m altaris. Hec
ſuffragia defũctis ꝓſũt ſm̃ magis ⁊ min⁹. ꝓ di
uerſitate meritoꝝ ĩ moꝛtuis. vel ꝓ caritate vi
uoꝝ q̃ magis ſolicitãt̃ ꝓ moꝛtuis aliq̃bꝰ q̃ͣ ali
is. Illa ei ſuffragia q̃ ſpãlr̃ fiũt ꝓ aliq̃bꝰ. pl⁹ va
lent ill̃ q̃ͣ alijs. licꝫ etiã alijs aliq̃ mõ cõicent̃.
Suffragia ṽo q̃ cõiter fiũt ꝓ defũctis. q̃uis oĩ
bus ꝓ modulo ſuo ꝓſint. illis tñ ãpli⁹. q̃ dũ eſ-
ſẽt ĩ ſtatu vie. magis meruerũt vt ſibi ꝓdeſſẽt
Vñ greg⁹. Illis ſacre victime moꝛtuis ꝓſũt:
q̃ hic viuẽdo obtinuerũt. vt eas etiã p⁹ moꝛtẽ
bona adiuuẽt. q̃ hic ꝓ ip̃is ab alijs fiunt. Int̃
hoc aũt pẽſandũ ẽ. q̃ͣ tutioꝛ via ſit. vt bonũ qđ
q̃ſq; p⁹ moꝛtẽ ſuã ſperat agi ꝑ alios. agat duꝫ
viuit ip̃e ꝑ ſe. Beati⁹ q̃ppe ẽ liberũ exire. q̃ͣ p⁹
vincula libertateꝫ querẽ. Tũc ğ vere ꝓ nobis
deo hoſtia accepta erit. cũ nos ip̃os hoſtiã fece
rim⁹. Et fidẽt̃ dico: qm̃ hoſtia ſalutari p⁹ moꝛ
tem ñ ĩdigebim⁹. ſi añ moꝛtẽ deo hoſtia ip̃i fu-
erim⁹. hec greg. Inſuꝑ ne aliq̃d bonũ ꝑeat. il
la bona q̃ q̃s peccãdo opat̃ moꝛtificata alijs
ſaluãdis dabũt̃. Sic qñ coꝛꝑali moꝛte q̃s mo
rit̃. frẽs ⁊ ꝓpinq̃ ĩ bonis ei⁹ ſuccedũt. Anti-
xp̃c ṽo q̃tuoꝛ modis ſubuertẽdi hoĩes arma-
bit̃. ſ. callida ꝑſuaſione. miracl̃oꝝ opatõe. bo
noꝝ largitõe. toꝛm̃toꝝ exhibitõe. Predictis q̃-
tuoꝛ mõis. mlt̃os ad ſe t̃het. Trahet aũt malos
ꝑ mũera. bonos ꝑ toꝛm̃ta. ſĩplices ꝑ p̃dicatõꝫ
⁊ miracula. Hẽbit ſecũ magos ⁊ maleficos. re
ges q̃; ⁊ prĩcipes. vñ ĩ Apoca. Vidi ð mari be
ſtiã aſcẽdẽtẽ. i. antixp̃m. hñtẽ capita ſeptẽ. i.
prĩcipes vniuerſos. ⁊ coꝛnua decẽ. i. illos q̃ ĩ-
pugnãt decalogũ. Hic ex ꝑentibꝰ ſenibꝰ ꝯcipie
tur. ⁊ naſcet̃ ĩ babilõe de tribu dan. ⁊ ſic ĩ xp̃o
oĩs plenitudo diuinitatis ĩhitauit. ita ĩ antixp̃o
oĩs plenitudo iniq̃tatis ĩhitabit. q꞉ in ip̃o erit
ſp̃us malign⁹ caput oĩm maloꝝ. ꝓpt̃ qđ ⁊ fili⁹
ꝑditõis vocabit̃. Int̃ occultũ aduẽtũ antixp̃i
q̃ ẽ ꝑ natiuitatẽ. ⁊ manifeſtũ q̃ erit ꝑ p̃dicatõ
nẽ. ⁊ aptã ꝑſecutõem. veniẽt helyas ⁊ enoch:
vt ip̃i repugnẽt ⁊ errãtes ad viã ṽitatis redu
cãt: q̃ vtriq; ꝑ zachariã due oliue. i. ſp̃ũſancto
vncti. ⁊ ꝑ iohẽm duo cãdelabra. i. lumẽ dãtes
alijs noiant̃. ⁊ p̃dicabũt diebꝰ mille ducẽtis ſe
xaginta. i. tribꝰ ãnis ⁊ dimidio ſic ⁊ xp̃c p̃dica
uit. amicti ſaccis. i. pniam p̃dicãtes ⁊ exẽplo
ſui oñdẽtes. Et oẽs q̃ cognoſcẽ ⁊ ꝯfiteri verũ
deũ volũt. hos duos ſenes ⁊ veraces teſtes ſb-
ſequũt̃. iniquũ erroꝛẽ deſerẽtes. qm̃ ip̃i ĩ ma-
gnis. ⁊ corã deo. ⁊ corã ꝓpl̃o fulgebũt. vicos ⁊
ciuitates ⁊ plateas. atq; alia loca vbicũq; fili
us ꝑditõis ꝯtriã doctrinã ſuã efflauerit ꝑcur-
rẽtes. ac in eis multa ſigna ĩ ſp̃ũſcõ faciẽtes
ita vt oĩs ꝓpl̃us q̃ ea viderit ĩ maximã ãmira-
tõem ducat̃. Idcirco aũt hec magna ſigna ſu
pra firmã petrã ſolidata illis dabũt̃. q̃ten⁹ il-
la ꝯtria ⁊ falſa ſigna abijciant̃. Tandẽ ãtixp̃c
occidet eos in hierl̃m. ⁊ iacebũt coꝛꝑa eoꝝ in
plateis tribꝰ diebꝰ ⁊ noctibꝰ ⁊ dimidio. q꞉ nul

lus audebit coꝛꝑa eoꝝ ſepelire ꝓpter metũ an-
tixp̃i. vt quicũq; viderit timeant eis cõfoꝛma
ri. Poſt tres aũt dies ⁊ dimidium reſurgent.
⁊ in celũ in nube aſcendent. Antixp̃c ṽo quin
decim diebus regnabit poſt moꝛtẽ illoꝛũ. Re-
gnabit aũt tribꝰ annis ⁊ dimidio. ⁊ poſt domi
nus poteſtate ſua occidet eũ. ſiue ꝑ ſe ſiue per
Michaelem archangelũ. Occidet̃ aũt ĩ mon-
te oliueti in papilione et in ſolio ſuo. in loco
illo vñ dñs aſcẽdit. ſ. in p̃fati mõtis vertice. q̃
dicit̃ inclit⁹. q꞉ ex eo ſaluatoꝛ aſcendit ad pa-
trem. ibi namq; ꝑibit vnð dominus aſcendit.
Quo interfecto. nõ ſtatim veniet dominus ad
iuditiũ: ſed concedent̃ quadragintaquinq; di-
es ad refrigeriũ ſanctoꝛũ. ⁊ ad penitentiã ſub
uerſoꝛũ. Quãtũ aũt ſit ſpatiũ ĩter illos qua-
dragintaq̃nq; dies ⁊ finẽ mũdi nemo ſcit. Iu-
dei tũc ad p̃dicatõem enoch ⁊ helie cõuertent̃
ad fidem. ⁊ ſancta eccleſia vſq; in finẽ mundi
pacifica q̃eſcet. q꞉ ex tũc fraudulentia ⁊ ſeuitia
dyaboli penit⁹ deficiet. Circa cõflagratõem
mũdi ſciendũ ẽ. q̃ͣ ignis ꝑmaxim⁹ aduentũ iu-
dicis p̃ueniet. ⁊ faciẽ ei⁹ p̃cedet. q꞉ ṽtute diuĩa
nõ ſolũ ignis q̃ ẽ in ſpera ſua. ſꝫ etiã oẽs ignes
⁊ q̃ in terra ⁊ ſuꝑ terrã ſũt. ad mũdi cõflagra
tõem cõcurrẽt. Per iſtũ ignẽ q̃ſi ſiml̃ fiet pur
gatio iuſtoꝝ ⁊ punitio maloꝝ. incineratõ coꝛ
poꝝ ⁊ cõſũptio terrenaſcentiũ. Hẽbit eñ iſte
ignis offitiũ q̃tuoꝛ igniũ. videlꝫ ignis ĩfernal̃
ad repꝛoboꝝ punitõꝫ. ignis purgatoꝛij ad bo-
norũ a venialibꝰ purgatõem. ignis terreſtris
ad vegetabiliũ ⁊ ſenſibiliũ ꝯſũatõem ⁊ coꝛꝑm
incineratõem. ⁊ ignis elemẽtaris ad elem̃toꝝ
ſubtiliatõem ⁊ innocatõis coꝝ diſpõneꝫ. Per
hũc ğ igneꝫ ita facies t̃re exuret̃. q̃ͣ figura h⁹
mũdi ꝑibit. ſicut ⁊ olim ꝑ diluuiũ factũ fuit.
Et meritõ primũ dei iuditiũ fuit ĩ aq̃ ꝯ ardo-
rẽ luxurie q̃ tũc viguit. vltimũ ṽo iuditiũ erit
in igne. cõtra tepoꝛẽ caritatis. q̃ tũc ſeneſcẽte
q̃ſi mũdo r̃frigeſcet. Quo facto ſtatĩ erit re
ſurrectõ moꝛtuoꝝ coꝛꝑm. cuꝫ aduẽtu iudicis
ad iuditiũ. ⁊ tũc inflãmabit̃ tot⁹ mũd⁹ ꝑ circui
tũ. Quia ei hõ meruit ⁊ demeruit ĩ aĩa ſiml̃ ⁊
coꝛꝑe. puniet̃ vel p̃miabit̃ ĩ vtroq;. ⁊ iđ ĩ eiſdẽ
opꝫ eũ reſurgere. Reſurgẽt aũt oẽs tã boni
q̃ͣ mali. nulla in eis exñte dĩa. q̃tũ ad ordinẽ
tꝑis: ſꝫ q̃tum ad oꝛdinẽ dignitatis. Nam mali
ſurgẽt defoꝛmes ⁊ paſſibiles. ĩmo tãignomio
ſum erit coꝛp⁹ pctõꝛis. q̃ͣ aĩa reſumens ip̃m:
ſtupebit qñ illud videbit. ⁊ ip̃m videre abhoꝛre
bit. et vellet poti⁹ hr̃e tale coꝛpus. quale erat
qñ dimidiũ comeſtũ fuit a vermibꝰ. In bonis
aũt natura ſeruabit̃ ⁊ vitia detrahent̃. ⁊ erit
coꝛp⁹ ſepties clari⁹ q̃ͣ ſol ſit mõ. Quanto fue-
rint crimina maloꝝ abhominabiliora. tanto
erũt coꝛꝑa eoꝝ defoꝛmiora. Et quãto fuerint
merita iuſtoꝝ plura ⁊ maioꝛa: tãto erũt coꝛ-
pora eoꝝ pulcrioꝛa ⁊ clarioꝛa. Coꝛp⁹ minimi
pueri ſeptiplicit̃ clari⁹ ſole erit. Si ali⁹ fuerit
ĩ decuplo eo ſc̃tioꝛ. illi⁹ coꝛp⁹ ĩ ðcuplo erit illo
clari⁹. ⁊ ſilr̃ ĩtellige decẽties ⁊ milleſies. Et ſic

xp̄c infinities ē oīb᷒ ſanctis ſāctioꝛ. ita eſt īfi-
nities corpꝰ eiꝰ oīb᷒ ſanctis clariꝰ. Oēs aūt tā
boni q̄ꝫ mali reſurgēt incorrupti ⁊ integri cor
poꝛe. vilꝫ ſine aliq̄ mēbroꝝ diminutōne. ī debi
ta ſtatura ẜm mēſurā etatis plenitudis xp̄i. ſꝫ
boni tm̄ in gloriā īmortalitatis īmutabūť. vn̄
Aug⁹. Sꝫ ſi xp̄c in ea mēſura corpis ī q̄ mor
tuus eſt reſurrexit. nephas ē dicere cū reſur-
rectōnis oīm tp̄s venerit. acceſſuraꝫ corpi eiꝰ
eā magnitudinē quā nō habuit. vt longiſſimꝰ
poſſit fieri equalˀ. Si aūt dixerimus ad dn̄ici
corpis modū. etiā minoꝝ maiorūqꝫ corpa re-
digēda: ꝑibit de multoꝝ corpib᷒ ꝑplurimū. cū
ip̄e nec capillū ꝑiturū eſſe ꝓmiſerit. Reſtat ḡ
vt quiſqꝫ recipiat ſuā menſurā quā vel habuit
in iuuētute ſi ſenex ē mortuꝰ. vel fuerat habi-
turꝰ ſi eſt an̄ defūctus. Et iō nō eſt dictum ab
ap̄lo in menſurā ſtature. ſꝫ in menſurā etatis
plenitudis xp̄i. qꝛ reſurgūt corpa mortuorū ī
iuuenili etate ⁊ roboꝛe. ad quā xp̄m ꝑueniſſe
cognouimꝰ. Hec Augꝰ. Reſurrectio ḡ tria
corriget in natura. ſ. defectū ſicut ī pueris. et
mutilatis ſiue in diminuta natura mēbrorū.
ſuꝑfluū. ſ. vnguiū. criniū ⁊ hmōi. erroꝛē ſicut
ē in mōſtruoſitate mēbroꝝ. Reſurgēt qꝫ cor-
pora eoꝝ nūero eadē q̄ prius. ex eodē puluere
in quē redacta fuerant. ita qꝛ in quaſcūqꝫ au
ras vel ſinꝰ puluis ille fuerit diſꝑſus. ad eādeꝫ
aīam redeat q̄ ip̄m ꝓmitus vt viuēt ⁊ creſcerꝫ
aīauit. Nec ſolū reſurgēt corpa q̄tū ad mēbra
ꝓncipalia: ſꝫ etiā saluis capillˀ ⁊ ceteris mēbriſ
ad decoꝛē facientib᷒. Reſurgēt em̄ hoīes q̄tuꝫ
ad eſſe ⁊ q̄tū ad integrū eſſe. ⁊ q̄tū ad decorū
eſſe. Et hoc ī momēto. i. breuiſſimo ⁊ anguſtiſ
ſimo ſpatio tp̄is. in ictu oculi trāſuolat media
⁊ trāſit ad remota. in nouiſſima tuba. i. ꝑ vo-
ceꝫ magnā ⁊ manifeſtā pꝰ quā n̄ erit alia. Hec
tuba clamoꝛ ille intelligiť. de q̄ in euāgelio dr̄
Media nocte clamoꝛ factus ē. ecce ſponſꝰ ve-
nit exite obuiā ei. Nō em̄ tūc veniet cū ſperať
ſꝫ media nocte. id ē occulte valde ⁊ inſperate
Tube nomīe aliq̄d euidēs ⁊ ꝑclarū ſignū acci
piť. qd̄ nutu diuino dabiť. qd̄ archāgeli vox
⁊ tuba dei alubi. ⁊ etiā vox filij dei in euange-
lio dr̄. Et bn̄ diciť tuba dei. qꝛ q̄ſi ad bellū cō-
tra inimicos veniet. ⁊ efficatiā dabit ei qꝛ ꝑ il-
lam mortui reſurgēt. Vox ḡ tube ẜm quoſdā
ē impiū xp̄i reſurgere imꝑantis. ẜm alios vō
ē manifeſta xp̄i apparitio: pꝰ reſurrectōem vō
ſtatī erit iuditiū. Erit aūt in valle Joſaphat
q̄ ſita eſt ad orientē inter hieruſalē ⁊ montem
oliueti. qꝛ hierlm̄ ⁊ terra adiacēs ē locus me-
dius ꝯmunis omib᷒ natōnib᷒. ac famoſiſſimꝰ
⁊ publicus ꝓpter opa nr̄e redēptōis. Joſaphat
aūt interp̄tať iuditiū dn̄i. Ad iuditium ḡ dn̄i
ꝯgregabunť oēs impij vt dānenť. iuſti vō nō
deſcendēt in vallē iuditij vt dānenť: ſꝫ in nu-
bib᷒ obuiā xp̄o eleuabūť. Xp̄c em̄ nō deſcēdit
in terrā ad iuditiū. ſꝫ in aere ſedebit cōtra lo-
cū mōtis oliueti. ex q̄ aſcendit: ſtipatꝰ agmi-
nib᷒ ⁊ virtutib᷒ celoꝝ. Et erit iuditiū illud
horribile ex oī pte. Suꝑ erit iudex iratꝰ. ſub-
tus patens infernꝰ: intus ꝯſcia remordēs. ex
tra mūdꝰ ardēs. a dextris pc̄ta accuſātia. a ſi-
niſtris infinita demonia terrētia. circa boni
āgeli ī infernū pellētes. ⁊ mali ab ip̄m ťhētes
Ibi etiā erūt oēs ſc̄ti ſn̄iam iudicis approbā-
tes. ⁊ oēs mali cū bonis. pc̄ta dānatoꝝ cogno
ſcētes. Et tūc xp̄c blandꝰ iuſtis ⁊ terribilˀ appa
rebit iiuſtis. Adeo q̄dē iratꝰ reprobis videbiť
vt dicāt montib᷒ ⁊ petris cadite ſuꝑ nos. ⁊ ab
ſcōdite nos a facie ſedētib᷒ ſuꝑ thronū ⁊ ab ira
agni. Stigmata qꝫ mōſtrabit. ⁊ paſſionis inſi
gnia. ſ. crucē. clauos lanceā coronā ⁊ flagella

Tota q̄ppe trinitas ī iuditio futuro iudica-
bit autoꝛitatiue. ⁊ iuriſdictōe ordīaria: ſꝫ xp̄c
inq̄tū hō iudicabit executīe ⁊ iuriſditōne dele
gata. qꝛ iudex dꝫ eſſe manifeſtꝰ oīb᷒ iudicādis
deꝰ ať pr̄ vel filiꝰ ẜm diuinā naturā nō videbiť
ab oīb᷒ ī iuditio. qꝛ tūc oēs eēnt bt̄i. cū ī viſio
ne ꝯſiſtat bt̄itudo. ⁊ iō executio iuditij data ē a
pr̄e xp̄o hoī. q̄ poterit ab oīb᷒ videri. Vn̄ pr̄a-
tē dedit ei iuditiū facē. ſ. executīe. qꝛ filiꝰ hoīs
ē ab oīb᷒ viſibilˀ bonis ⁊ malˀ. Nō apparebit in
fořa dei. qꝛ ſolˀ mūdis corde ꝓmittiť viſio foře
dei. ſꝫ ī forma ſui. vt poſſit ab oīb᷒ videri: iu-
ſte iudicaturꝰ ī ea forma. ī q̄ iiuſte iudicatꝰ eſt
vn̄ Aug. Forma illa erit iudex q̄ ſtetit ſub iu-
dice. Illa iudicabit q̄ iudicata ē. Nā ſi iuditiū
nō fieret niſi inť ſolos iuſtos. apparēt tāq̄ꝫ iu-
ſtis forma dei. Quia vō iuditiū futuꝝ ē iuſtoꝝ
⁊ iniq̄ꝝ. nec licꝫ vt iniq̄ videāt deū. talˀ appa-
bit iudex. q̄lis videri poſſit. et ab eis q̄s coro-
naturꝰ ē. ⁊ ab eis q̄s dānaturꝰ ē. hec Aug. Or-
dies aūt q̄tuoꝛ erūt ī iuditio. q̄ꝝ duo erūt ele-
ctoꝝ ⁊ a dextris. duo ꝛꝓboꝝ ⁊ a ſiniſtris. Ex
pte electoꝝ q̄dā nō iudicabūť ſꝫ iudicabūt et
ſaluabūť. vt q̄ꝝ merita bona ſūt īꝑmixta ma
lis. ſic ꝑfectoꝝ pauꝑm xp̄i. q̄ hic ſeip̄os iudica
uerūt. q̄ p̄cepta legis ꝑfectōis vtute trāſcēdūt
⁊ oīa relinquētes nudi nudū xp̄m ſecuti ſūt. q̄-
b᷒ voce dn̄ica dr̄. Vos q̄ reliq̄ſtis oīa ⁊ ſecuti
eſtis me: Cū ſederit filiꝰ hoīs ī ſede maieſtatis
ſue. ſedebitis ⁊ vos ſuꝑ ſedes duodecī. iudican
tes duodecī trib᷒ iſrl̄. Dicunť aūt iudicare. i.
iudicāti aſſiſtere. qꝛ cū iudice tāq̄ꝫ aſſeſſoꝛes e-
minentiꝰ ſedebūt. nō qꝛ ip̄i ſn̄iam ferāt. qꝛ hoc
ſoliꝰ iudicis erit. ſꝫ qꝛ approbēt ⁊ ꝯfirmēt. Se-
debit em̄ xp̄c ī eminētioꝛi loco cuꝫ ſc̄tis: mali
vō ſtabūt ſubtꝰ ī terra quā dilexerūt. Quidaꝫ
vō iudicabūť ⁊ ſaluabūť: vt q̄ꝝ merita bona
ſūt aliq̄b᷒ malˀ venialib᷒ ꝑmixta. q̄ vite macu
las lacrimis tergūt: q̄ mala p̄cedētia ſequēti-
bus factis ⁊ miſcōie opib᷒ redimētes. quicq̄d
illicitū aliq̄n fecerūt. ab oculis iudicis bono
ruꝫ opm ſuꝑductōe coopiūt. q̄b᷒ iudex veniēs
dicit. Eſuriui ⁊ dediſtis mihi mādūcare. ſitiui
⁊ dediſtis mihi bibē. hoſpes eram ⁊ collegiſtis
me nudꝰ ⁊ opuiſtis me. infirmꝰ ⁊ viſitaſtis me
ī carcē ⁊ veiſtis ad me. Ex pte reproboꝝ q̄dā
iudicabūť ⁊ dānabūť. vt q̄ꝝ merita dānabilia
ꝑmixta ſť aliq̄b᷒ bonis. ſic illoꝝ q̄ xp̄iane fidi

iniciati miſterijs. opa fidei exercē ꝯtēpnūt. et
fidē ſñ opib9 hñt. qb9 i clamatōe dñica dr̄. Eſu
riui ⁊ nō dediſtis mihi mādūcare. ſitiui ⁊ ñ de-
diſtis mihi bibē. hoſpes erā ⁊ ñ collegiſtis me.
nud9 ⁊ ñ opuiſtis me. infirm9 ⁊ in carcē ⁊ ñ viſi-
taſtis me. Quidā ṽo ñ iudicabūt: ſ3 dānabūt
vt q̄ꝝ mala mēita oīno īpmixta ſīt bonis. vt q̄
fidē recipe noluerīt. ⁊ fūdamīto fidei caruerīt. vl'
q̄ ſuſceptā fidē q̄ſi p apoſtaſiā reiecerīt. de qb9
dñs dic: q̄ ñ credit iā iudicat9 ē. Et de qb9 pau
lus ait. Qui ſñ lege peccauerūt: ſñ lege pibūt
De qb9 etiā ps ait. Nō reſurgēt ipij i iuditio.
Reſurgēt q̄ppe etiā oēs īfideles: ſ3 ad tormētū
nō ad iuditiū. vñ Petr9 cātor. Qui nō credit.
nō hñs. ſ. caracterē fidei. iā3 iudicat9 ē. Nō eñ
fiet cū tali diſcuſſio et examiatio. cū caruerit
caractē ⁊ dominio regis. ⁊ ꝯſtet curie talē eſſe
de reprobis. nec d' familia dei. vñ ſñ ſnīa rapie
tur ī ignē eternū. Dñs aūt caracterē regis. et
ſignū q̄ ab alijs ſepat9 erat. citabit vt hō regi-
us: ſ3 ⁊ q̄ diſcuſſio ⁊ diſceptatio cū eo: Eſuri-
ui ⁊ nō dediſtis mihi mādūcare ⁊c̄. Tandēq3
p nō ſeruato caractē ⁊ dominio regis. fiet ſen
tētia in eū dānandū. Greg9. Nā ⁊ prīceps ter
renā rēpublicā regēs. alter punit ciuē inter9
delinquētē. atq3 alr̄ hoſtē exteri9 rebellātē. In
illo ei iura ſūt ꝯſulit. ꝯ hoſtē ṽo belluz mouet.
⁊ de pena ei9 q̄d lex hēat nō req̄rit. hec greg9.
Perfecti ḡ iudicabūt ⁊ nō iudicabūt. alij fide
les facta diſcuſſiōe euāgelica de opib9 miſcdie
iudicabūt. q̄dam ad gloriā. q̄dā ad penā. īfi-
deles aūt iā iudicati ſūt. Ubi ñ putat p tractū
⁊ morā tpis ſingulo ꝝ examiatō: ſ3 ſil' merita
ſingulo ꝝ diſcutiet ⁊ diſcuſſa iudicabit. Tūc eī
libri ꝯſciaꝝ pādent. ⁊ ip̄e liber apiet q̄ dr̄ li-
ber vite. q̄ fiet ⁊ ſil' oīm oīa ſecreta. oīb9 tāta
certitudīs claritate pateſcāt. vt ꝯ teſtioniū ve
ritatis loq̄ntis ī xp̄o. ⁊ ꝯſcie cuiuſq3 piter ꝯte
ſtātis. nulla īficiādi. defēdēdi vel excuſādi ſeu
ſubterfugiēdi pateat ſemita. q̄n recipiat vn9-
q̄ſq3 ſm merita ſua. Aug9. Fiet ei ṽtute diuina
vt cuiq3 opa ſua vel bona vl' mala cūcta ī me
moriā reuocent. ⁊ mētis intuitu mira celeri-
tate cernāt. vt accuſet vl' excuſet ꝯſcia ꝯſciā3
hec Aug. Tūc apta erit ſeperatō ſic moꝝ. ſic ⁊
vite ſingl'oꝝ. Dic at̄ aug. q̄ tot hoīes ſalua
būt. q̄t demōes ceciderūt. S3 greg. dic. q̄ tot
hoīes ſaluabūt. q̄t āgeli pſtiterūt. Dixerīt et
q̄dā q̄ duo pietes erūt i celo. ſ. vn9 hoīm ⁊ alē
āgeloꝝ. ⁊ q̄ ruina āgeloꝝ rēſtaurabit p ṽgīes
⁊ de alio piete tot erūt ſaluādi. q̄t ī alio piete
ſūt ṽgines ⁊ āgeli. Bonū eēt ⁊ vtile de hoc iu-
ditio freq̄nter cogitare. vt cogitatō tāte āgu
ſtie nobis timorē incutēt. ⁊ timor incuſſ9 a no
bis pctm ppetratū expellēt. ⁊ nos a ppetrādo
arcēt. exēplo Hiero. dicētis. Siue comedā ſi-
ue bibā ſiue aliq̄d aliud faciā. ſp vr̄ ī auribus
meis ſonare illa vox terribil'. ſurgite mortui
⁊ veīte ad iuditiū. Greg9. Si q̄ ē pñtis tpis le
titia. ita agēda ē. vt nūq̄ amaritudo ſequētis
iuditij a mēoria recedat. Anſhel. In matutio

id ē ī ꝯtemplatōe extremi iuditij. q̄d nocti pñ
tis tāq̄ lux matutia ſuccedit. iterfice oēs pec-
catores terre. i. delicta atq3 pcta ꝯuerſatōis t-
rene. vt diſpdas de ciuitate dñi. quā ī te illi e-
dificare debes: oēs opantes iniq̄tatē. i. diabo
licas ſuggeſtiones odibiles deo delectatōnes.
mortiferos ꝯſenſ9 ⁊ opa pūerſa. Ab omib9 his
tāq̄ ciuitas dei debes emūdari. vt placitā ī te
māſionē ſibi creator īueniat. obtineat ⁊ poſſi
deat. hec Anſhel. Hec ḡ oīa pēſantes euigi-
lem9 totis virib9. ⁊ volūtati dei obtpantes re-
media q̄ram9: bñficiaq3 dei circa nos cogitā-
tes. aſſidue pcta ſtudeamus p poſſe vitare. vt
iuditio illi9 terribili mereamur ſecuri aſſiſtē.
Ad q̄d bñ hortat nos Aug9. dicens. Meli9 ē h
puā amaritudinē ſuſtinē. ⁊ poſtea ad eternā
dulcedinē puenire. q̄ hic hr̄e falſū gaudiū. et
illic ſuſcipe ſñ fine ſupplitiū. Et iteꝝ. Certū eſt
fratres cariſſimi. q̄ ſi ſp bñfitia dei nr̄i. q̄ no-
bis nullis p̄cedentib9 meritis nr̄is collata ſūt
aſſidue cogitam9: pcta nob aut ñ dñant. aut
ſi forte ſurrepſerit. cito p pniam corrigunt.
Quis eñ vel mente concipe nō dicā3 verbis.
poſſit exponere. quanta circa nos ſūt bñfitia
dei noſtri: Fecit eñ nos cū nō eſſemus. repa
uit nos poſtea cū piſſem9. Mortē ſuſcepit. p̄-
cioſo nos ſāguine liberauit. Ad inferna deſcē
dit. de faucib9 nos eterne mortis eripuit. celo
rū nobis etiā p̄mia pmiſit. Hec oīa frēs dile-
ctiſſimi pio ⁊ benigno aīo cogitātes. q̄ntū poſ
ſum9 cū ipſi9 adiutorio bñfitijs ſuis vicē repē
dere feſtinem9. Nō reddam9 mala p bonis: ſed
q̄ntū poſſum9 volūtati illi9 obtpare fidelit ſtu
deamus. totis virib9 innitētes. vt p̄cepta ipi9
magis nobis pariāt de ſequacitate remediu3.
q̄ de trāſgreſſione iuditiū. Nā q̄d faciem9 ca-
